श्रेयस् (ut mihi videtur, a श्रील vel श्रीमत् felix, cum *gunâ* vocalis ई, abjecto suffixo ल vel मत्, suff. यस् pro ईयस्, v. gr. min. ed. 2. §. 226. 3) et 227.; ita superl. श्रेष्ठ e श्रे + ष्ठ pro इष्ठ) 1) *Adj.* melior. BR. 1. 35. 2) *Subst. n.* salus, felicitas. IN. 3. 7. N. 12. 89. BH. 3. 8.

श्रेष्ठ (v. praec.) optimus. IN. 5. 17.

श्रै 1. *P. i. q.* श्रा· (Vid. gr. min. 354.)

श्रोण् 1. *P.* (सङ्घाते) coacervare. *Cf.* श्लोण्· (Vid. श्रोणि et cf. anglo-sax. *hlaw, hlæw* «a heap, barrow, a small hill»; goth. *hlain* collis. Vid. sq. et नितम्ब·)

श्रोणि *f.* (ut videtur, a r. श्रोण् s. इ) nates, clunes. N. 11. 32. Lass. 50. 17.: पीनश्रोणिपयोधरा· Vid. sq. (Cf. lat. *clûnis*, gr. κλόνις, hib. *slias* «the thigh, the loins». Vid. श्रोण्·)

श्रोणी *f. id.* H. 3. 5. IN. 4. 6. 5. 5. GITA-G. 12. 11. MEGH. 80.: श्रोणीभाराद् अलसगमना (cf. UR. 60. 15.: पश्चान् नता गुरुनितम्बतया)· — सुश्रोणी καλλίπυγος. IN. 4. 6. *Vid.* श्रोणि·

श्रोतस् v. स्रोतस्·

श्रोतृ *m.* (r. श्रु s. तृ) auditor, auscultator. HIT. 70. 3.

श्रोत्र *n.* (r. श्रु s. त्र) auris.

श्रोत्रिय *m.* (a श्रोत्र sensu *Vêdorum,* v. श्रुति, suff. इय) *Vêdorum* gnarus *Brâhmanus.* HIT. 123. 16.

श्लक्ष्ण tenuis, mollis, lenis, suavis. N. 5. 6. 8. 12. 19. 1.

श्लङ्क् 1. *A. i. q.* श्रङ्क्·

श्लङ्ग् *id. Vid.* श्रङ्ग्·

1. श्लथ् 1. *P. i. q.* 2. श्रथ्·

2. श्लथ् 10. *P. i. q.* 3. श्रथ्·

श्लथ (r. 2. श्लथ् s. अ) laxus, relaxus, solutus. RAGH. 9. 36.

श्लाख् 1. *P. i. q.* श्लाघ्·

श्लाघ् 1. *A.* (fortasse e श्राव् Them. Caus. r. श्रु, mutato र् in ल् sicut in श्लथ् = श्रथ्, व् in घ्, v. gr. comp. 19. et cf. Pott I. 233.) 1) superbire, se jactare, gloriari *aliquâ re, c. instr.* MAH. 2. 2121.: परेषाम् एव यशसा श्लाघसे त्वं सदा; 4. 1160.: त्वया परिषदो मध्ये श्लाघते सः· 2) *c. dat.* adulare, blandiri. BHATT. 8. 72.: श्लाघमानः परस्त्रीभ्यः· — *Caus.* laudare. HIT. 61. 6.: तद्वाक्यं श्लाघयित्वा· (Cf. hib. *sleigh* «adoration», *sleachd* id., *sleachdaim* «I kneel, stoop, adore».)

श्लाघा *f.* (r. श्लाघ s. आ) laus. UR. 60. 1.

1. श्लिष् 1. *P. i. q.* श्रिष्·

2. श्लिष् 4. *P. Praeter. multifor.* अश्लिक्षम् et अश्लिषम्· 1) amplecti. GITA-GOV. 1. 44.: श्लिष्यति काम् अपि चुम्बति काम् अपि· 2) applicare, adjungere, conjungere. SAK. 62. 1.: ना ऽतिश्लिष्टः सन्धिर् अस्य मृणालवलयस्य; HIT. 24. 5.: सुश्लिष्टेन सन्धिना· (Fortasse श्लिष् e श्लुष्, debilitato *u* in *i*; cf. germ. vet. *SLU-Z* claudere, lat. *clau-do, clav-is,* gr. κλείω, κλεί-ς, κλει-δός, κλοι-ός; hib. *crios* «belt, girdle, cingle, band».)

c. आ 1) amplecti. A. 4. 6.: माम्… आश्लिष्यच पुनः पुनः; 9. 16.: इतरेतरम् आश्लिष्य· — *ATM.* MAH. 1. 3040.: पितुर् आश्लिष्यते ऽङ्गानि· 2) appropinquare. A. 6. 12.: पुरम् आसुरम् आश्लिष्य· Se applicare. R. Schl. II. 96. 22.: सीता … वित्रस्ता रामम् आश्लिषत्·

c. आ praef. सम् 1) amplecti. MAH. 3. 10043.: समाश्लिष्यचा ऽसकृद् ऋष्यशृङ्गम्· 2) applicare, admovere. A. 6. 8.: रथन् तन् तु समाश्लिष्य·

c. सम् amplecti, applicare, conjungere, *c. instr.* उरसा pressare *aliquem* ad pectus. R. Schl. I. 10. 28.: ताव्

अन्योन्याश्लिङ्ग कृत्वा स्नेहात् संश्लिष्यचो ’स्रा· — *Caus. vel cl.* 10. conjungere. MAH. 2.735.: तवे ’मे पुत्रशकले दृष्टवत्य् अस्मि धार्मिक। संश्लेषिते मया दैवात् कुमारः समपद्यत·

c. उप *Caus.* cohibere, inhibere, sistere. UR. 9.7.: रथम् उपश्लेषय·

3. श्लिष् 10. *P.* (proprie Caus. praeced.) conjungere (v. 2. श्लिष् praef. सम्).

श्लोक् 1. *A.* (सङ्घाते *K.* वर्णने सर्जने *V.*) conjungere, componere; relinquere, creare.

श्लोक *m.* (r. श्लोक् s. अ) stropha. N. 15.9.

श्लोण् 1. *P. i. q.* श्रोण्·

श्वङ्क् 1. *A. i. q.* अङ्क्, श्लङ्क्·

श्वच् 1. *A.* (scribitur श्वच्) *id.*

श्वठ् 10. *P.* श्वाठयामि *i. q.* 2. शठ्· *Cf.* स्वठ्·

श्वण्ठ् 10. *P.* (scribitur श्वठ्) *id.*

श्वन् *m.* (in casibus debilissimis शुन्, v. gr. 225.) canis. (Gr. κύων, κυνός = शुनस्; lat. *cani-s*, ejecto *o* vel *u*, addito *i*, sed gen. pl. *can-um* a primitivo Them. in *n*, sicut *juven-um* a *juven* = युवन्; lith. nom. *szû* = श्वा, gen. *szun-s* = शुनस्, v. gr. comp. 139.; hib. nom. *cu*, gen. et pl. *coin*; goth. *hund-s*, Them. *hunda*, adjecto *da*; russ. *sobaka* pro *sbaka*, cf. med. σπακα apud Herod. «τὴν γὰρ κύνα καλέουσι σπάκα Μῆδοι», pers. سگ *seg*, zend. nom. [Zend] *s'pâ*, acc. [Zend] *s'pânĕm*, (v. gr. comp. 50.).)

श्वभ्र् 10. *P.* (ut videtur, Denom. a sq.) perforare.

श्वभ्र *m.* caverna, specus. HIT. 12.8.

श्वल्, श्वल्ल् 1. *P.* (वेगे) currere.

श्वल्क् 10. *P.* (भाषे) loqui.

श्वशुर *m.* (ut videtur, e स्वशुर, quâ formâ nituntur cognatae linguae, e स्व suus et शुर vir, v. शूर et स्वजन cognatus, स्वसृ e स्वस्री soror, Pott I. 126., Benfey II. 175. 176.) socer. N. 25.2. (Goth. *svaihra*, Them. *svaihran*, cum *ai* pro *i* ex *a*, v. gr. comp. 82.; germ. vet. *suehur*, Them. *suehura*, slav. *svekr*, lith. *szeszur-s* pro *szeszura-s* mariti pater; cambro-brit. *çwegrwn*; lat. *socer* e *suocer*, gr. ἑκυρός.)

श्वश्रू *f.* (ut videtur, a श्वशुर abjecto अ, transposito उर् in रु, producto उ, sicut e. c. in भीरू *f.* a भीरु, v. gr. 244.) socrus. SA. 3.20. (Vid. श्वशुर et cf. lat. *socrus*, gr. ἑκυρά = श्वशुरा; goth. *svaihrô(n)*, germ. vet. *suigar*, cambro-brit. *çwegyr*, slav. *svekrov*; fortasse lith. *ûszwê* (*uoszwê*) mariti socrus e *szuoszwê*.)

1. श्वस् 2. *P.* श्वसिमि (v. gr. 354.) *interdum* 1. *A.* praet. mltf. अश्वसिषम् et अश्वसम्· 1) spirare, spiritum ducere. RIGV. 65.5.: श्वसित्य् अप्सु हंसो न सीदन्; BH. 5.8.: श्वसन्; HIT. 34.6.: श्वसन्न् अपि न जीवति; MAH. 3.12544.: श्वसमाना इवा ’शुगाः· 2) suspirare, gemere. IN. 5.51.: स्फुरदोष्ठी स्वसन्ती; *vid. praef.* नि· — *Caus.* recreare, reficere. R. Schl. II. 84.18.: श्वासिता सेना वत्स्यतो ’मां विभावरीम्· (Huc traxerim lat. *spiro* cum *p* pro *v*, sicut semper in Zend. *s'p* = श्व्, de *r* pro *s* vid. gr. comp. 22. Etiam *queror, ques-tus* huc trahi posset, ita ut a gemendo dictum sit, v. Pott I. 280.)

c. आ respirare, se recolligere, se recipere *ex timore, moerore.* BHATT. 4.38.: आश्वसिहि मा रुदः; MAH. 3.690.: आश्वसध्वम् मा भीः कार्या· — आश्वस्त qui respiravit etc. SA. 6.8.: तौ पुनर् आश्वस्तौ· — *Caus.* 1) facere ut quis respiret, animum recipiat. MAH. 1.5406.: कुन्तीम् आश्वासयामास प्रेष्याभिश् चन्दनोदकैः· 2) animum alicui facere, alcjs animum confirmare, consolari. BH. 11.50.: आश्वासयामासच भीतम्; N. 11.10.: विलपन्तीं समागम्य ना ’श्वासयसि·

c. आ praef. प्रति *id.* R. Schl. II. 51.2.: प्रत्याश्वसिहि; 58.1.: प्रत्याश्वस्तो यदा राजा मोहात्·

c. आ praef. सम् *id.* N. 11.29.: सा दृष्ट्वै ’व समाश्वसत्; 73.: समाश्वसिहि मा शुचः· — *Caus.* i. q. आश्वासयामि· N. 11.29. R. Schl. I. 17.29.

c. उत् 1) spirare. MAN. 3.72.: उच्छ्वसन् न स जीवति; R. Schl. I. 64.18.: नो ’च्छ्वसिष्यामि संवत्सरशतानि; 20.: अनुच्छ्वसन्न् अभुञ्जानः· 2) suspirare, gemere.

Bhatt. 14.55.: उच्छ्वास दीना; Dr. 6.25.: मुहुर् मुहुर् व्यालवदु उच्छ्वसन्तः·

c. नि suspirare, gemere. Bhatt. 6.34.: न्यश्वसीच्चा "यतम् मुहुः; Mah. 1.5901.; *v. sq.*

c. नि praef. वि *id.* N. 18.7.: विनिश्वस्य बहुशो हृदि त्वाच; Mah. 3.14759.

c. निस् *id.* H. 1.49.: निःश्वसन् दीनमानसः; R. Schl. II. 23.2.

c. निस् praef. वि *id.* Dr. 5.25.

c. परा concredere, committere. Mah. 3.17011.: त्वयि ... पराश्वस्य ब्राह्मणस्या 'भिराधनम्·

c. वि confidere. Hit. 24.9.: यो विश्वसिति शत्रुषु; R. II. Schl. 12.67. — *Cl.* 1. *p.* Mah. 3.17310.: कस् तस्य विश्वसेत्; 5.453.: मयि विश्वसेः· — विश्वस्त confidens, securus, liber a metu. H. 1.50. 2.25. — *Caus.* confidere facio, securum reddo. Hit. 79.5. 121.9.

2. श्वस् cras. N. 28.25. (Lat. *cras*, mutato *v* in *r*, v. gr. comp. 20. 392.)

श्वसन I. *m.* ventus. Am. II. *n.* 1) spiratio, respiratio. 2) gemitus.

श्वस्तन (*f.* ई, a 2. श्वस् s. तन) crastinus. (Lat. *crastinus.*)

श्वापद् *m.* (ut mihi videtur, *bah.* e श्वन् canis producto अ - *cf.* श्वादन्त apud Wils. - et पद् pes) bestia rapax *in universum.* N. 15.18.

श्वास *m.* (r. श्वस् s. अ) spiritus, halitus. Sa. 5.17.

श्वि 1. *p.* श्वयामि, *praet. mltf.* अश्वयिषम् (gr. 403.), अश्वम् (gr. 416.) et अशिश्वियम् (gr. 423.), *praet. redupl.* शिश्वय, शिश्वाय vel शुशव, शुशाव, a correptâ formâ शु (Pan. VI. 1. 30.), *prec.* शूयासम्; *pass.* शूये (gr. 426.), *part.* शून· 1) crescere, accrescere, tumescere. Rigv. V. 74.6. (v. Westerg.): ते स्वेन शवसा शूशुवुः, *producto* ऊ *in syll. redupl.*, ita शूशुवस् qui crevit, turgidus, magnus. Rigv. 64.15.: शूशुवांसम्· — *Caus.* facere ut crescat, augere. Rigv. 54.7.: शूशुवत्· (Lat. *crescere*, mutato *v* in *r*, sicut in *cras* = श्वस्, v. gr. comp. 20.; *cu-mulus*, nisi pertinet ad चि; gr. κύω, κύημα, κῦμα, κυΐσκω, κύτος, v. शून्य; fortasse κίων e κϝίων; cf. Benfey II. 164. sq. Huc etiam traxerim germ. vet. *wî-t* amplus, latus, vastus = श्वित, sicut regularis participii pass. forma sonaret, abjectâ consonante initiali, sicut in *wîz* albus, v. श्वेत. Cf. etiam hib. *cinneas* «growth, increase», *cinneachdin* id. Fortasse lat. *coma*, gr. κό-μη e *cu-ma*, κύ-μη a crescendo dicta (v. रोमन्, शिरोरुह, वृध्), nisi pertinent ad क, v. केश·)

c. वि crescere, tumescere, se dilatare, extendere, diffundere. Rigv. 92.12.: व्यश्वैत् (उषाः); 113.15.: प्रथमो 'षा व्यश्वैत्·

श्वित् 1. *A.* album esse. (Fortasse primitive splendere, v. शुभ्र, स्नात et cf. lith. *szwēčiu* - euphon. pro *szwētiu* - luceo, infin. *szwēs-ti* e *szwēt-ti*; fortasse *swēta-s* m. mundus a lucendo dictum sicut लोक; slav. *svit-a-ti* illucescere, *svjet* lux, mundus, κόσμος; lith. *kaičiu*, euphon. pro *kaitiu*, ad ignem appono, *kaitinu* calefacio, *kais-tu* calefio e *kait-tu*, praet. *kaitau*; v. श्वेत, श्विन्दु·)

श्विन्दु 1. *A.* (scribitur श्विदु) i. q. श्वित्· (Cf. श्वित्, चन्दु· Huc vel ad चन्दु trahi potest island. vet. *hita, hiti* fervor, calor, *heit* fervidus, germ. vet. *hiza, heiz,* nostrum *Hitze, heifs.* Ad चन्दु etiam trahi potest lat. *caleo*, gr. κήλεος, mutato *d* in *l.*)

श्वेत albus. (Vid. श्वित्, श्विन्दु et cf. goth. *hveit-s* albus, Them. *hweita*; fortasse *hvaitei* triticum a colore dictum; germ. vet. *huiz* albus, saepius *wîz*, sax. vet., anglo-sax. et island. vet. *hvît*, nostrum *weifs*; lith. *kwēty-s*, gen. *kwēčio* triticum.)

ष

षट् v. षष् (gr. 74. et 256.).

षट्चरण *m.* (sex pedes habens, *bah.* e षष् et चरण) apis. Sak. 15.2. *Vid. sq.*

षट्पद *m.* (*bah.* e षष् sex et पद् pes) *id.*

षण्ढ *m.* eunuchus. In. 5.50.

षष् (in initio comp. et nom. acc. षट्, v. gr. 74. et 256.)

sex. (षष् e क्षष् mutilatum esse videtur, cf. zend. [Zend script] *csvas*, lat. *sex*, gr. ἕξ, anglo-sax. *sex*, germ. vet. *sehs* e *sihs*, goth. *saihs* pro *sihs*, lith. *szeszi* (n. m. pl., fem. *szezios*), slav. *śes-tj* (subst. fem.), cambro-brit. *chwech*, armor. *chuech*, hib. *se 6*, *seas-gat 60*, v. gramm. 314., Pictet p. 141.)

षष्टि (a षष् s. ति pro दशति, v. gr. comp. 320. annot.) sexaginta.

षष्टिवर्षिन् (a षष्टिवर्ष sexaginta anni suff. इन्) sexaginta annos habens. H. 1. 13.

षष्टिहायन (*BAH.* e षष्टि et हायन annus) *id.* H. 4. 23.

षष्ठ (a षष् s. थ) sextus. (Zend. *cstva* pro *csvasta*, lat. *sextus*, gr. ἕκτος, goth. *saihsta(n)*, lith. *szeszta-s*, slav. *śestyĭ*; hib. *seiseadh*, v. gr. comp. 322. 323.)

षाड्गुण्य *n.* (a षड्गुण sex qualitates, proprietates, rationes, e षष् sex et गुण secundum Wils. *«one of six expedients in government, as, peace, war»* etc., suff. य) *Abstractum τοῦ* षड्गुण. Hit. 119.

षोडश (*f.* ई, v. gr. 259.) sextus decimus. A. 11. 3.

षोडशक *Adj.* (a षोडशन् s. क, cf. पञ्चक a पञ्चन् apud Wils.) sedecim generum, *sechzehnartig.* Hit. 130. 20.

षोडशन् (v. gr. 354. ann. 1.) sedecim.

1. ष्ठिव् 1. *P.* (in tempp. spec. vocalem producit; *part. pass.* ष्ठ्यूत, *gerund.* ष्ठेवित्वा et ष्ठ्यूत्वा) spuere. (Fortasse ष्ठिव् pro स्थिव् e स्पिव् vel स्पिव्; cf. germ. vet. *SPIW, spiw-i-t* spuit = ष्ठीवति, lat. *spuo*, correpto *iv* in *u*; gr. πτύω per metath. e σπύω, mutato σ in τ sicut e. c. in ἄρκτος, v. ऋक्ष; lith. *spjau-ju* spuo, fut. *spjau-su.*)

c. नि despuere. Mah. 3. 11797.: न्यष्ठीवद् आकाशगतो महर्षेस् तस्य मूर्धनि; Bhatt. 14. 100.: राक्षसाश्च नितिष्ठिवुः (रक्तम्). — *Part. pass.* निष्ठ्यूत. Man. 4. 132. Ragh. 2. 75.

c. नि praef. अव *id.* Man. 8. 282.

2. ष्ठिव् 4. *P.* ष्ठीव्यामि (v. gr. 331[a].) *i. q.* 1. ष्ठिव्.

ष्ठीव् 1. *P. id.*

c. नि despuere. Man. 5. 145.: निष्ठीव्य.

स

स 1) Stirps nominat. sing. masc. pronominis तत् - v. gr. 266. - unde Fem. सा. 2) *in initio compositorum* cum. H. 1. 45. 46. (De pron. स v. p. 147. s. v. 1. तत्, cf. etiam lat. *sum* eum, *sam* eam, *sos* eos, *sapsa* = *sa ipsa.* Cf. etiam priorem partem graeci σήμερον et σῆτες, v. gr. comp. 345. Ad stirpem pronom. स nunc retulerim etiam partem priorem vocis सम्प्रति nunc, hoc tempore, ita ut proprie *versus hunc* vel *hoc* significet; cf. lat. *sem* in *sem-per*, v. सदा. Cum praep. स cf. lith. praep. insep. *sa*, e. c. in *sa-darbininkas* socius operis, συνεργός, *sa-karawis* socius pugnae; *su* tam simpl. quam in comp. cum, nisi hoc sicut gr. σύν nititur cognatâ formâ सम् q. v.; slav. съ *s'* ad स, сѫ *sŭ* autem ad सम् retulerim, v. gr. comp. 255. *g.*; gr. σα in σα-φής (cf. φάος, φῶς), ἀ in compp. ut ἄ-λοχος, ἄ-κοιτις, ἀ-κοίτης, ἀ-δελφός, sicut scr. सोदर e स + उदर; fortasse goth. *ga-cum* - nostrum *ge* - in compp. ut *ga-vaurstva* συνεργός, ortum est e स vel सम्, mutatâ sibilante in gutturalem; v. Grimm II. 735. et 1018. Vid. सम्, सह.)

संयत v. यम् praef. सम्.

संयम *m.* (r. यम् praef. सम् coërcere s. अ) domitus, refrenatio, sedatio. Bh. 4. 27.

संयमन (r. यम् praef. सम् coërcere s. अन) 1) *n. id.* Sa. 3. 20. 2) *m.* domitor. Sa. 5. 65.

संयमिन् (a संयम s. इन्) sedatione *perturbationum animi* praeditus. Bh. 2. 69.

संयन्त्रित (a संयन्त्र vinculum - r. यम् praef. सम् s. त्र - s. इत) vinculis adstrictus. Ur. 16. 4. *infr.*

संयुग *m.* (r. युज् conjungere praef. सम् s. अ) bellum. A. 10. 60.

संयोग *m.* (r. युज् jungere praef. सम् s. अ) conjunctio. Bh. 6. 23.

संरम्भ *m.* (r. रभ् praef. सम् irasci, inserto म् s. अ) ira. N. 13.31.

संवत्सर *m.* (e सम् et वत्सर q. v.) annus. SA. 2.23.

संवरण *n.* (r. वृ praef. सम् s. अन) occultatio. UR. 84.5.

संवर्धन *n.* (r. वृध् praef. सम् s. अन) incrementum, auctus, successus. UR. 60.8.

संवाद *m.* (r. वद् loqui praef. सम् s. अ) colloquium.

संवास *m.* (r. वस् praef. सम् s. अ) cohabitatio. HIT. 124.8.

संविद् *f.* (r. विद् praef. सम्) conventus, conventum, pactum. MAN. 8.219.

संवीत v. r. व्ये praef. सम्.

संशय *m.* (r. शी praef. सम् s. अ) dubium. H. 10.15.16.

संशयित (a praec. s. इत) dubiosus. BR. 2.30.

संशुद्धि *f.* (r. शुध् praef. सम् s. ति) purificatio. BH. 16.1.

संश्रय *m.* (r. श्रि ire praef. सम् s. अ) 1) congressus, conventus. N. 20.41. 2) refugium. IN. 1.22.

संसद् *f.* (r. सद् ire praef. सम्) coetus. N. 17.36.13.10.

संसर्ग *m.* (r. सृज् praef. सम् s. अ) congressio, conventus, conjunctio, consociatio, permixtio. HIT. 28.18.10.13.

संसार *m.* (r. सृ ire praef. सम् s. अ) mundus, terra, mortalium habitatio. HIT. 4.19.33.14. BH. 16.19.

संसिद्धि *f.* (r. सिध् perficere praef. सम् s. ति) perfectio. BH. 3.20.6.37.

संसुप्त v. स्वप् c. सम्.

संस्कार *m.* (r. कृ praef. सम्, adjecto स् euphon., s. अ) 1) ornatus, ornamentum. HIT. 4.1. 2) consilium, propositum. HIT. 112.5.

संस्कृत v. कृ praef. सम्.

संस्त् 2. P. (स्वप्ने) dormire. *Vid.* सस्.

संस्तीर्ण v. स्तृ praef. सम्.

संस्थ (r. स्था stare, esse, praef. सम् s. अ) qui est unâ *cum aliquo*, in praesentiâ *alicujus*, conjunctus. BR. 3.13. DR. 8.42. BH. 6.15.

संस्था *f.* (r. स्था stare, esse, praef. सम्) 1) status. 2) forma, similitudo.

संस्थान *n.* (r. स्था praef. सम् s. अन) actio standi, versandi, morandi. HIT. 61.2.

संस्थापन *n.* (a स्थापय् *Caus.* r. स्था stare praef. सम् s. अन) actio stabiliendi, confirmatio. BH. 4.8.

संस्थित (a संस्था s. *Taddh.* इत, v. gr. 652.) formâ praeditus, *in fine comp. e. c.* वराहसंस्थित apri formâ praeditus. A. 3.18., कैरातसंस्थित *Kairâti* formâ praeditus. A. 3.20.

संस्थिति *f.* (r. स्था praef. सम् s. ति) actio standi, exstandi, consistendi. HIT. 15.16.

संस्पर्श *m.* (r. स्पृश् tangere praef. सम् s. अ) contactus. BH. 5.22.

संहत v. हन् c. सम्.

संहतत्व *n.* (a praec. s. त्व) conjunctio, copulatio. HIT. 117.9.

संहति *f.* (r. हन् praef. सम् s. ति) *id.* HIT. 14.6.

संहर्तृ *m.* (r. हृ praef. सम् s. तृ) eversor, subversor, exstinctor. UR. 83.17.

संहार *m.* (r. हृ praef. सम् s. अ) deletio, exstinctio, dissolutio, eversio. A. 8.22. (ubi cum ed. Calc. संहार: pro सङ्ग्राम: legendum); IN. 3.3. *Vid.* संहर्तृ.

संहित v. धा praef. सम्.

सकल (*BAH.* e स cum et कला pars, portio) totus. M. 44. (Fortasse lith. *cz'ielas* totus, russ. ЦѢЛЫЙ *zielyï* id., slav. ЦѢЛЪ *ziel* sanus, v. Mikl. p. 104.; polon. *saly, salki* totus; fortasse goth. *hail-s*, Them. *haila* salvus, sanus, abjectâ syllabâ initiali; island. vet. *heil*, anglo-sax. *hal*; ita lat. *salvus* convenit cum scr. सर्व q. v.)

सकातर (*BAH.* e स cum et कातर *n.* confusum, turbatum, perplexum) stultus. N. 13.18.

सकाम (*BAH.* e स cum et काम optatum) optati compos., felix, laetus. H. 1.45.

सकाश *m.* (e स cum et काश a r. काश् splendere s. अ) propinquitas, praesentia. N. 1.21.24.2.

सकृत् *Adv.* (ut mihi videtur, e demonstr. स, quod hac in comp. unus significat, et कृत् faciens) semel. SA. 2.26. (Cum priore hujus compositi parte cf. lat. *se, si, sim*

(cum signo acc. = सम् v. स), gr. ἁ vocum *se-mel, simul, sim-plex, ἁ-πλοῦς*. Cum कृत् e कर्त् cf. lith. subst. *kartas* vicis, e. c. *wienan kartan* (acc.) semel, *dù kartù* bis (acc. du.), *tris kartus* (acc. pl.) ter, v. gr. comp. 325. 308. annot. et librum meum *Über die Verwandtschaft der malayisch-polynesischen Sprachen mit den indisch-europäischen* p. 9.)

सक्त v. सञ्ज्, सश्च्.

सक्ति *f.* (r. सश्च् s. ति) *i. q.* सङ्ग.

सक्तिमत् (a praec. s. मत्) *i. q.* सङ्गिन्. Hit. 118.3.

सक्थि *n.* femur. Am.

सख *m. in fine compp.* (v. sq. et gr. 681.) amicus. Ur. 2.3. 86.16.

सखा *nom. vocis* सखि (ut videtur, pro सखास्, a Them. सखै, unde alii casus fortes, vocativo sing. excepto, derivantur, v. gr. min. ed. 2. §. 168.)

सखि *m.* (anom. v. gr. min. ed. 2. §. 168.; ut videtur, a r. ख्या, correpto या in इ, praef. स pro सम्) amicus. In. 3.6. *Etiam de feminis.* Br. 1.25.

सखी *f.* (a सख signo fem. ई) amica, socia. N. 1.10. Megh. 76.86.92.101.

सखै v. सखा.

सग् 1. *P.* (संवरणे *K.* संवृतौ *V.*) tegere. (Cf. gr. ΣΑΓ, σάττω, σάξω, σάγη, σάγμα. σεσαγμένος.)

सगोत्र (e स et गोत्र) propinquus, cognatus. Man. 9.190.

सघ् 5. *P.* (हिंसे) ferire, occidere. Rigv. 31.3.: असघ्नोः भारम्, quod Ros. vertit «attulisti apparatum» Westerg. (s. r.) «occidisti hostem». (Fortasse सघ्नोमि cohaeret cum हन् (unde e. c. घ्नन्ति occidunt), ita ut स sit pro सम् et घ्नोमि pertineat ad cl. 8. Si vero असघ्नोस् attulisti significat, conferendum est cum सह् ferre.). Nancisci (?). Rigv. 57.4.: न त्वद् अन्यः ... गिरः सघत् «non sane alius praeter te cantilenas nanciscitur».

सङ्कट angustus. Am.

सङ्कर *m.* (r. कॄ praef. सम् s. अ) permixtio, colluvies, *praesertim hominum ordinum* (वर्णानाम्). Bh. 1.41.

सङ्कल्प *m.* (r. क्लृप् fieri praef. सम् s. अ) 1) consilium, propositum. N. 9.26. Sa. 4.17. Bh. 4.19. 6.2.4. 2) mens, animus. N. 24.50.

सङ्काश (r. काश् splendere praef. सम् s. अ) similis. H. 3. 9. A. 10.28.

सङ्कीर्ण v. कॄ c. सम्.

सङ्कुल (r. कुल् implere, accumulare praef. सम् s. अ) 1) impletus, plenus. N. 12.111. 2) admixtus. N. 13.13.

सङ्केत *m.* (r. केत् praef. सम् s. अ) 1) constitutus congressus, conventus; conveniendi tempus dictum. Up. 44. *v. sq.* 2) cogitata signis expressa. Lass. 7.5.

सङ्केतक *m.* (a praec. s. क) *id.* sgnf. 1. Up. 35.37.

सङ्कोच *m.* (r. कुच् praef. सम् s. अ) curvatio, flexio, contractio. Hit. 90.5.

सङ्क्षय *m.* (r. क्षि perire praef. सम् s. अ) occasus, interitus, ruina. N. 17.42. 13.9.

सङ्क्षेप *m.* (r. क्षिप् conjicere praef. सम् s. अ) actio in brevius contrahendi, breviandi, decurtandi, amputandi, *e. c. narrationem.*

सङ्क्षेपतस् *Adv.* (a praec. s. तस्) breviter. Sa. 2.20. A. 1. 13.

सङ्क्षोभ *m.* (r. क्षुभ् agitare s. अ) agitatio, quassatio. In. 5.9.

सङ्ख्य *n.* (ut videtur, a r. ख्या praef. सम् s. अ) pugna. Am. VIII. 2.73.

सङ्ख्या *f.* (r. ख्या praef. सम्) 1) cogitatio, deliberatio, consideratio. Am. 2) numerus. Hit. 115.4. *in fine comp.* Bah.

सङ्ख्यान *n.* (r. ख्या dicere praef. सम् s. अन) numeratio. N. 20.26.

सङ्ग *m.* 1) (r. सञ्ज् s. अ) propensio, desiderium, cupiditas. In. 4.3. Bh. 2.47.48.62. 14.6. 2) (r. गा praef. सम् s. अ) conventus, congressus. Am. III. 3.29.: मेलके सङ्गसङ्गमौ; H. 41.18.

सङ्गति *f.* (r. गम् ire praef. सम् s. ति, v. *euph. r.* 95.) congressus, conventus. *Instr.* सङ्गत्या fortuito (?). Br. 1.2.

सङ्गम *m.* (r. गम् ire praef. सम् s. अ) congressus, conventus. N. 1.31. Sa. 5.46.

सङ्गमन *n.* (r. गम् praef. सम् s. अन) congressus, conventus.

सङ्गमनीय (a praec. s. ईय) ad congressum, conventum pertinens. Ur. 75.5.: सङ्गमनीयो मणिः (l. 9. सङ्गममणि).

सङ्गर m. (ut videtur, a सङ्ग s. र) 1) promissum. In. 4.12. 2) pactum, conventum. 3) pugna. 4) infortunium. (Am. प्रतिज्ञाजिसंविदापत्सु.)

सङ्गिन् (a सङ्ग q. v. s. इन्) propensus, cupidus, studiosus, addictus. Bh. 3.26.

सङ्ग्रह m. (r. ग्रह् praef. सम् s. अ) comprehensio, complexio. Bh. 8.11. 18.18. Collectio, accumulatio. Hit. 91.2.3.

सङ्ग्रहण n. (r. ग्रह् praef. सम् s. अन) 1) actio circumcludendi, includendi, *Einfassung*. Hit. 55.21. 2) rectio equorum. N. 23.10.

सङ्ग्राम् 10. P. (ut videtur, Denom. a सङ्ग्राम q. v.) pugnare.

सङ्ग्राम m. (ut mihi videtur, a r. क्रम्, mutato क्र in ग्र, praef. सम्, s. अ, vid. समिति, समर) pugna. Dr. 8.46.

सङ्घ m. (r. हन् praef. सम्, mutato ह in घ्, abjecto अन्, suff. अ, sicut घ्न a हन्, v. gr. 645. suff. अ; v. संहति, सङ्घात) turba, grex, caterva, multitudo. Dr. 5.18. A. 9. 21. In. 5.25.

सङ्घशस् (a praec. s. शस्) catervatim. *Vid.* शतसङ्घशस्.

सङ्घात m. (a घातय् Caus. r. हन् praef. सम् s. अ) congeries, turba, multitudo. H. 2.7.

सच् 1. A. *in dial. Véd. etiam* 3. P. *cum* इ *pro* अ *in syllabâ redupl.* (cf. gr. 327.) 1) sequi. Rigv. 38.8.: वत्सन् न माता सिषक्ति «vitulum veluti mater, *ita fulmen Marutes* sequitur. 2) obsequi, obedire, *c. acc. vel gen.* Rigv. 59.6.: यम् पूर्वा वृत्रहणं सचन्ते «quem mortales Vritrae occisorem venerantur; 60.2.: अस्य शासुर् उभयासः सचन्ते «hunc dominantem *Agnim* ambo colunt». 3) favere. Rigv. 1.9.: सचस्वा नः स्वस्तये (felicitatis causâ); 18.2.: स नः सिषक्तु यस् तुरः (celer). (Cf. सश्च्, सप्, सश्च्, सेक, सञ्ज्, सस्ज्, lith. *seku* sequor, hib. *seichim* «I follow, pursue, attack», *seicin* «a pursuit, following»; lat. *sequor*, gr. ἕπομαι, mutatâ guttural. in labial. sicut in sanscr. सप् sequi.)
c. अभि *i. q. simpl.* v. Westerg.

सचिव (ut videtur, a r. सच्) consiliarius. Sa. 1.36.

सज् v. सञ्ज्.

सस्ज् 1. A. *interdum* P. (a grammaticis scribitur षस्ज्, v. gr. 109. 110[b].) सज्जामि सज्जे (fortasse per assim. e सज्यामि, सज्ये, ita ut proprie pertineat ad cl. 4. vel e Pass. radicis सञ्ज् affigere ortum sit, v. gr. 493. 503. et Westerg. s. r. सञ्ज्) adhaerere, inhaerere, affixum, infixum esse. Ragh. ed. Calc. 4.47.: ससज्जुः ... मत्तेभकटेषु फलरेणवः; Su. 3.16.: यत्र वा दृष्टिर् न सज्जति दिवौकसाम्. trop. deditum, addictum esse, *c. loc.* Man. 6.55.: विषयेष्व् अपि सज्जति; Mah. 3.63.: न बह्वदोषेषु कर्मसु सज्जन्ते बुद्धिमन्तः. Haerescere, haesitare, *de voce.* R. 2.58.11.: सज्जमानया । उवाच वाचा राज्ञानं स बाष्पपरिबद्धया; 60.4. — *Caus.* facere ut adhaereat, *inde* facere ut femina cum viro coeat. Man. 8.362.: सज्जयन्ति हि ते नारीः (schol. परपुरुषान् आनीय तैः स्वभार्याः संश्लेषयन्ते. (Vid. सञ्ज् et cf. lat. *seg-nis*.)
c. अनु *i. q. simpl.* Bh. 6.4.: न कर्मस्व् अनुषज्जते; 18. 10.: न द्वेष्ट्य् अकुशलङ्कर्म कुशले नानुषज्जते.
c. प्र *id.* Man. 3.125.: न प्रसज्जेत विस्तरे (in plurimis eodd. प्रसज्येत; v. सञ्ज् praef. प्र et Haughtonii ann. ad h. l. et 6.55.).
c. सम् cohaerere. Mah. 2.917.: उभौ बाहुभिः समसज्जेताम्. Adhaerere. Mah. 3.17228.: मृगस्य धर्षमाणस्य विषाणे समसज्जत. Haerescere, haesitare, *de voce.* वाक्य संसज्जमाना. R. Schl. II. 25.37. 90.14.

सज्ज (ut videtur, a r. सस्ज् s. अ) paratus. Sak. 24.5.39. 2. infr.; Hit. 59.9. 76.20. 81.16.

सश्च् 1. A. (गतौ) ire. *Vid.* सच्.

सञ्चय m. (r. चि colligere praef. सम् s. अ) cumulus, acervus, multitudo. Bh. 16.12.

सञ्चारक m. (*Caus.* r. चर् praef. सम् s. अक) dux, ductor. Hit. 69.8.

सञ्ज् 1. *P.* (in compp. etiam सज्) figere, affigere. *Part. pass. praet.* सक्त affixus. IN. 4. 1.: पार्थस्य चक्षुर् उर्वश्यां सक्तम्. *TROP.* deditus, addictus. BH. 3. 25.: सक्ताः कर्मणि. *Vid.* सङ्ग, सङ्गिन्, सज्ज् *et cf.* स्वञ्ज्.

c. अति praef. वि व्यतिषक्त admixtus, commixtus, conjunctus. MAN. 10. 25. (vid. व्यतिषङ्ग apud Wils.).

c. अभि अभिषज् maledicere, objurgare. MAH. 3. 1090.: अभिषक्तो ह्य् अभिषजेत्. *Vid.* अभिषङ्ग apud Wils.

c. अव affigere. N. 5. 9.: तेषान् दृष्टिः ... तत्र तत्रा ऽवसक्ता ऽभूत्. Suspendere. MAH. 3. 1692.: राज्ञा ... अवसक्तः पितुस् ते ऽद्य मृतः स्कन्धे भुजङ्गमः.

c. आ आसज्, आसञ्ज् affigere, imponere. MAH. 3. 16125.: सुग्रीवस्य तदा मालाङ् हनुमान् कण्ठ आसजत्; R. Schl. I. 74. 18.: स्कन्धेचा ऽसज्य पशुम्; RAGH. 2. 74.: भुजे ... भूयः स भूमेर् धुरम् आससञ्ज; MAH. 1. 1955.: अस्मास्व् आसज्य राज्यकार्याणि. — आसक्त affixus, adhaerens, cohaerens. H. 4. 38.: तौ ते ददृशुर् आसक्तौ. *TROP.* deditus, addictus. BH. 7. 1.: मय्य् आसक्तमनाः. — *Caus.* affigendum curare. RAGH. 6. 83.

c. आ praef. वि व्यासक्त deditus, addictus, occupatus. UR. 64. 6.: स्वकार्ये व्यासक्ता.

c. आ praef. सम् affigere, suspendere, imponere. MAH. 1. 4418.: स्रग्ं राज्ञः स्कन्धे समासजत्; 1675.: तस्य स्कन्धे मृतं सर्पङ् क्रुद्धो राजा समासजत्. *TROP.* tradere. MAH. 3. 14702. MAN. 4. 257. समासक्त deditus, addictus. R. Schl. II. 64. 9.: समासक्तास् त्वयि प्राणाः.

c. प्र *Pass.* addictum, deditum esse. MAN. 4. 16.: इन्द्रियार्थेषु सर्वेषु न प्रसज्येत कामतः. *Vid.* सज्ज् praef. प्र.

c. वि suspendere. MAH. 2. 385.: गुह्यकैर् उह्यमाना सा (सभा) खे विषक्ते ऽव शोभते.

सञ्ज्ञा *f.* (r. ज्ञा nosse praef. सम्) 1) cognitio. BH. 1. 7. 2) animus sui conscius, mens sana. N. 21. 16. DR. 9. 13. (*in fine comp.* *BAH.*). 3) nomen, appellatio. BH. 15. 5. (*in fine comp.* *BAH.*).

सञ्ज्ञित (a सञ्ज्ञा nomen s. इत, v. gr. 652.) nomine praeditus, nominatus. BH. 8. 3.

सट् 1. *P.* (अवयवे *K.* अंशके *V.*) pertinere *ad aliquid*, partem esse *alicujus rei.*

सटा *f.* (r. सट् s. आ) crinium fasciculus. DR. 9. 9.

सट्ट् 10. *P.* (निकेतनहिंसाबलदानेषु) habitare; ferire, laedere, occidere; validum, potentem esse; dare.

सठ् 10. *P.* साठयामि (शठार्थे) *i. q.* 2. शठ्.

सत् (*fem.* ई, *Part. praes.* r. अस् esse, v. gr. 365. et 594.) 1) qui est. H. 4. 3. BR. 3. 18. 2) bonus, probus, praecipuus. SA. 3. 12. BR. 2. 26. H. 1. 21. (Lat. *-sens, sent-is* in *prae-sens, ab-sens,* acc. *-sentem* = सन्तम्, lith. nom. m. *esans*, f. *esanti*, acc. m. *esantin*; gr. ὤν, jon. ἐών ex ἐσών, Them. ἐσοντ.)

सतत (ut videtur, mutilatum e सन्तत *part. pass.* r. तन् praef. सम्) aeternus. *Acc. neut.* सततम् *Adv.* semper, aeterne. BH. 6. 10.

सततग *m.* (semper iens e सततम् semper et ग iens, v. gr. 686.) ventus (*cf.* सदागति). H. 1. 8.

सतीत्व *n.* (a सती, *fem.* vocis सत्, suff. त्व) modestia, pudor, castitas *feminae.* HIT. 29. 2.

सत्कार *m.* (r. कृ facere praef. सत् bonum s. अ) 1) hospitium. N. 9. 9. 10. 2) curatio, cultus, veneratio; e. c. शरीरसत्कार corporis cultus. SA. 3. 20. *a.*, देवसत्कार deorum cultus. SA. 3. 20. *b.*

सत्त्र *n.* (ut videtur, a r. सद् s. त्र) sacrificium. *Scribitur etiam* सत्र. UR. 83. 19.

सत्त्व *n.* (a सत् quod est, s. त्व) 1) mens, animus, animus sui conscius. N. 16. 30. DR. 2. 13. 7. 15. 9. 22. A. 1. 7. 6. 20. BH. 2. 45. 10. 36. 2) animal. SAK. 24. 5.

सत्त्ववत् (a सत्त्व s. वत्) animans, animal. BH. 10. 36. R. Schl. I. 41. 8.

सत्य (a सत् quod est suff. य, nisi potius a pron. स q. v. suff. त्य, sicut तत्त्व a तत्) 1) *Adj.* verus. IN. 4. 12. 2) *Subst. n.* veritas. IN. 5. 45. (Cf. gr. ἐτεός.)

सत्यता *f.* (a praec. s. ता) veritas, veriloquium, *Wahrhaftigkeit.* HIT. 24. 32.

सत्यवाच् (*BAH.* e सत्य verus et वाच् sermo) vernm sermonem habens, i. e. veridicus. IN. 4. 12.

सत्यसन्ध *Adj.* (*BAH.* e सत्य verus et सन्धा fides, promissum) qui vera promissa habet, qui stat promissis (*cf.* स्थिरसङ्गर). N. 12.56. SA. 1.2.

सत्र v. सत्त्र.

1. सद् 1. vel 6. *P.* (in tempp. special. substituit सीद्, part. pass. सन्न; in dial. Vêd. etiam cl. 2. unde सत्सि, v. praef. आ et cf. lith. *sêd-mi*) 1) sidere, considere, *sinken*; *TROP.* tabescere, fatiscere, perire. MAN. 4.191.: पङ्के गौर् इव सीदति; N. 9.26.: सीदन्त्य् अङ्गानि सर्वशः; 16.20.: न शोकेना ऽपि सीदति; SA. 5.46.: सन्तो न सीदन्ति; R. Schl. II. 41.8.: पुत्रशोकाग्निसन्तप्तः ससाद गतचेतनः; MAH. 2.237.: राष्ट्रन् न सीदति; RAGH. 7.61.: सन्नशत्रुम्. 2) considere, sedem capere. RIGV. 13.9.: बर्हिः सीदन्तु «in stragulo considunto». 3) sedere, commorari. RIGV. 14.11.: अग्ने यज्ञेषु सीदसि. — *Caus.* 1) facere ut qu. sidat, cadat. DR. 8.29.: सादिताः सव्यसाचिना. 2) pulsare, percutere. RAGH. 7.41.: यैः सादिताः (schol. हताः) ... तान् एव सामर्षितया प्रत्याददुः. 3) ponere, collocare. RIGV. 15.4.: अग्ने देवाँ इहा ऽवह सादया त्रिषु योनिषु «Agnis! deos huc advehe colloca *eos* in locis tribus». (Goth. *SAT* sedere, *sita, sat, sêtum*, v. gr. comp. 109[a]. 1). 605.; *satja* pono = Caus. सादयामि, gr. comp. 109[a]. 6); germ. vet. *SAZ* sedere, *sizu, saz, sâzumes*; *seziu* pono; lith. *sêd-mi* sedeo, *sodinu* planto; slav. *sjadú* consido, καθίζομαι, *sad-i-ti* plantare = Caus., v. gr. comp. 505.; lat. *sido*; *sedeo* nititur formâ Caus. सादयामि; gr. ʽΕΔ, ἕδος, ἕζομαι; hib. *suidhim* sedeo, *suidhiughaim* «I set, plant» = Caus. सादयामि, mutato य् in *gh*; *saidhe, saidhiste* «a seat». Vid. 2. सद्.)

c. अव sidere, tabescere, perire. SA. 5.47.: ना ऽवसीदन्ति सन्तः; MAN. 4.187.: अवसीदन्न् अपि क्षुधा; HIT. 9.5.: अवसन्नायां रजन्याम्. *Etiam A.* MAH. 1.5184.: अवसीदेत. — *Caus.* facere ut qu. sidat, tabescat; deprimere. BH. 6.5.

c. अव praef. वि *id.* MAH. 3.713.823.

c. आ 1) considere, *s'asseoir*. RIGV. 26.4.: आ नो बर्हिः ... सीदन्तु «in nostro stragulo considunto». 2) sedere, assidere. RIGV. 12.4.: देवैर् आसत्सि बर्हिषि.

c. उत् sidere, perire. BH. 3.24.: उत्सीदेयुर् इमे लोकाः; SU. 2.22.: उत्सन्नोत्सवयज्ञाच बभूव वसुधा; BH. 1.44. — *Caus.* उत्सादयामि destruere, evertere. BH. 1.43.: उत्साद्यन्ते जातिधर्माः.

c. उत् praef. प्र *Caus.* i. q. Caus. praec. MAN. 9.261.

c. उत् praef. सम् *Caus. id.* MAH. 3.88321.

c. नि 1) considere, *s'asseoir, sich niedersetzen*. N. 10.5. SA. 5.5.6.: निषसाद महीतले. — निषण्ण (v. gr. 607.) adnisus, innisus *aliquâ re*. UR. 68.13.: नोपस्कन्धनिषण्णस् तिष्ठति. 2) *A.* sidere, tabescere. MAH. 3.333.: निषीदमानम्.

c. प्र 1) propendere, favere, propitium esse. BH. 11.25.: प्रसीद देवेश; 31.: देववर प्रसीद; N. 12.130.: तथा नः ... मणिभद्रः प्रसीदतु. — *Cum infin.* RAGH. 2.45. — प्रसन्न propitius. H. 1.45.: प्रसन्नास् ते देवाः; R. Schl. I. 18.17.: प्रसन्नो ऽस्मि ते. — *Etiam A.* MAH. 1.4700.: प्रसीदस्व. 2) clarum, serenum fieri. MAN. 6.67.: वारि प्रसीदति; RAGH. 3.14.: दिशः प्रसेदुर् मरुतो ववुः. *TROP.* serenum, hilarem, laetum, alacrem animo fieri, exhilarari. MAN. 2.54.: हृष्येत् प्रसीदेच्च. — प्रसन्न clarus, serenus. N. 12.112.: नदीम् प्रसन्नसलिलाम्. — *Caus. P.* propitium reddere. R. Schl. I. 66.24.: देवगणान् सर्वान् तपसा ऽहम् प्रसादयम्; MAN. 11.205. A. 9.29. — *ATM.* supplicare, orare. BH. 11.44.: प्रसादये त्वाम् अहम्; SA. 1.16.: प्रसादयामास पुनः क्षिप्रम् एतद् भवत्व् इति (v. gr. 458.); MAH. 1.4325.: प्रसादये त्वाम्; 3.1629. R. Schl. II. 62.7. (Cf. hib. *forsuidhe* «steady, mild, meek», *forsanaim* «I shine», *fursan* «flame of fire», *fursain* «evident», *fursannaim* «I kindle», v. Pictet p. 91.)

c. प्र praef. अभि 1) *Caus.* propitium reddere, propitiare, placare. MAH. 3.14063. 2) exhilarare, consolari. R. Schl. II. 77.24.: सुमन्त्रश्च शत्रुघ्नम् उत्थाप्या ऽभिप्रसाद्य च.

c. प्र praef. सम् favere, propitium esse. R. Schl. II. 26.34. — *Caus.* propitiare. MAH. 3.14039.

c. वि 1) sidere, tabescere, perire. MAH. 4. 1953.: सीदन्ति मम प्राणा मनो विह्वलती 'व मे· 2) moerore, dolore affligi, conturbari, perturbari, consternari, deliquium animi pati, animo linqui. MAH. 3. 448.: तं विषीदन्तम् आज्ञाय ... अमारयत्; 3075.: व्यसने त्वम् महाराज न विषीदितुम् अर्हसि; R. Schl. II. 77. 8.: विष्टनन् विषसाद ह; 107. 19.: मा विषीद; BH. 1. 28. — विषण्ण (v. gr. 607.) perturbatus, consternatus. R. Schl. I. 40. 24. 48. 25.: विषण्णवदन; UR. 43. 3.: उर्वशी सह सख्या विषण्णा· — *Caus.* moerore, dolore afficere, conturbare, consternare. MAH. 3. 3076. 2. 718. R. Schl. II. 7. 18. 53. 31. *Vid.* विषाद, विषादिन्·

c. सम् *i. q. simpl.* MAN. 4. 33.: संसीदन् क्षुधा·

2. सद् 1. et 10. *P.* सदामि, सादयामि ire. (Slav. *chod-i-ti* ire, *is-chod* ἔξοδος (v. gr. comp. 255. *m.*); gr. ὁδός; fortasse goth. *sandja* mitto, nostrum *sende* = Caus. insertâ nasali, servato *d* propter antecedentem liquidam, v. gr. comp. 90.)

c. आ 1) adire, aggredi, appropinquare. N. 10. 18.: आससाद सभोद्देशे विकोशङ्ग खड्गम्; 13. 45.: पुरम् आसादयन्; 17. 4.: इयम् आसादिता बाला तव पुत्रनिवेशने; H. 1. 15.: पथि गच्छन्तम् आसेदुः· Hostiliter aggredi. H. 4. 2.: माम् आसादय दुर्बुद्धे· — आसन्न aggressus, qui accessit, appropinquavit, propinquus. HIT. 38. 22.: जलासन्नतरुः; 68. 11.: अत्रा ''सन्ने सरसि ... स्नाति; *pass.* quem accessit aliquis, *inde* indutus, praeditus (v. इ praef. उप, अनु). NALOD. 1. 37.: स्वमायासन्न· 2) obtinere. MAH. 3. 10472.: तासु पुत्रम् महीपतिः कश्चिन् ना ''सादयामास·

c. आ praef. अभि obtinere. MAH. 3. 17101.

c. आ praef. सम् adire, aggredi, appropinquare. N. 23. 25.: समासाद्य पुत्रौ; MAH. 2. 553.: कृष्णान् द्वारवत्यां समासदत्; SA. 5. 5.

सदन *n.* (r. सद् ire s. अन) domus, palatium. DR. 2. 4.

सदस् *n.* (r. सद् s. अस्) coetus, conventus. UP. 76. (Gr. ἕδος, v. gr. comp. 128.)

सदा (a stirpe demonstr. स s. दा) semper.

सदागति *f.* (semper itionem habens *BAH.* e सदा semper et गति itio) ventus.

सदातन (*f.* ई, a सदा s. तन) sempiternus. AM.

सदृश (*f.* ई, e स q. v. et दृश, cf. gr. 287.) similis, *c. gen.* N. 1. 27. 17. 5. *c. instr.* BH. 16. 15.

सद्मन् *n.* (r. सद् ire s. मन्) domus. (*Cf.* सदन·)

सद्यस् (ut mihi videtur, e stirpe demonstr. स et द्यस्, quod correptum esse censeo ex obsoleto दिवस् dies, v. दिवस et cf. अद्य hodie) statim, momento. UR. 90. 9.

सन् 1. *P.* सनामि (सम्भक्तौ) colere, venerari, amare. 8. *P. A.* सनोमि सन्वे (दाने) dare. *In dial. Vêd.* 1. et 8. adipisci, obtinere. RIGV. 73. 5.: सनेम वाजं समिथेषु अर्यः «obtineamus in certaminibus cibum inimici»; 5. 9.: सनेद् इमं वाजम् इन्द्रः «Indras fruatur hoc cibo»; 17. 6.: तयोरिद् अवसा वयं सनेम «eorum auxilio nos *divitiis* fruamur»; 100. 19.: अपरिह्वृताः सनुयाम वाजम् «non afflicti fruamur cibo».

सना *Adv.* (ut mihi videtur, ex stirpe pronominali स q. v. s. ना, sicut विना a वि) semper. (*Cf.* anglo-sax. *sin* id. praesertim in initio compp.; germ. vet. *sin* id., v. Graff I. 25., goth. *sin* τοῦ *sin-teins*; nisi pertinent ad सम्, lat. *sem-per.*)

सनातन (*fem.* ई, a praec. suff. तन) sempiternus, aeternus, perpetuus. BR. 2. 4. M. 7.

सनाथ (*BAH.* e स cum et नाथ) conjunctus, praeditus. UR. 19. 4. *infr.* 54. 6. *infr.* 62. 11.

सन्तति *f.* (r. तन् praef. सम् s. ति) *i. q. seq.* MAH. 3. 8306.

सन्तान *m. n.* (r. तन् extendere praef. सम् s. अ) progenies, stirps, posteritas. BR. 3. 10. SA. 1. 12. 5. 88.

सन्ताप *m.* (r. तप् urere praef. सम् s. अ) 1) aestus, calor. 2) moeror, sollicitudo. BR. 2. 1. SA. 1. 4.

सन्तोष *m.* (r. तुष् praef. सम् s. अ) animus contentus, *Zufriedenheit.* HIT. 45. 14.

सन्दिग्ध v. दिह् praef. सम्·

सन्देह *m.* (r. दिह् polluere praef. सम् s. अ) dubium, dubitatio. BR. 2. 20.

सन्धा *f.* (r. धा ponere praef. सम्) 1) conjunctio. 2) status, conditio. 3) promissum, fides. *Praesertim in comp.* BAH. *invenitur, Adjectivum* सन्ध *autem, quod Wilso affert, non existere puto; cf.* उपमा.

सन्धान *n.* (r. धा praef. सम् s. अन) 1) conjunctio. SAK. 5.5. HIT. 24.14. 2) actio imponendi *sagittam arcui.* SAK. 5.20.43.6.

सन्धि *m.* (r. धा ponere praef. सम् s. इ) 1) conjunctio. 2) pax. HIT. 24.5.

सन्ध्या *f.* (r. ध्यै praef. सम्) 1) meditatio, contemplatio, *vid.* ध्यान. 2) precatio quam tempore solis orientis et occidentis Indi faciunt. MAH. 1.1890.: सूर्यो ऽस्तम् उपगच्छति । सन्ध्याम् उपास्स्व; N. 7.3. ubi सन्ध्याम् अन्वास्त per «precationem fecit» vertendum (schol. Nil. अन्वास्त उपासितवान् i. e. fecit); R. Schl. II. 6.6. 3) diluculum. 4) crepusculum. H. 1.17.4.46.

सन्नत v. नम् praef. सम्.

सन्निकर्ष *m.* (r. कृष् c. नि praef. सम् s. अ) propinquitas. HIT. 8.9.

सन्निधान *n.* (r. धा c. नि praef. सम् s. अन) 1) conjunctio. HIT. 7.17. 2) propinquitas. HIT. 18.15.

सन्निधि *f.* (r. धा ponere c. नि praef. सम् s. इ) propinquitas. N. 4.21.

सन्निपात *m.* (r. पत् c. नि praef. सम् s. अ) 1) conjunctio, mixtio. 2) morbus quidam, Wils. «morbid state of the three humours».

सन्निभ similis (nisi potius Substantivum सन्निभा statuendum, quod *in fine compositorum* BAH. ponitur, simplex autem non conservatum videtur, a rad. भा splendere praef. सम् + नि) e. c. वसुधाधरसन्निभ montium similitudinem habens. H. 4.40. काञ्चनसन्निभ auri similitudinem habens. N. 17.8. vid. etiam N. 12.57. et SA. 5.26.

सन्निहित v. धा c. नि praef. सम्.

सन्न्यसन *n.* (r. अस् deponere c. नि praef. सम् s. अन) abdicatio, renuntiatio. BH. 3.4. (*cf.* सन्न्यास).

सन्न्यस्त v. rad. 3. अस्.

सन्न्यास *m.* (a r. अस् deponere c. नि praef. सम् s. अ) 1) abdicatio, renuntiatio. BH. 5.1.6.2.18.1. 2) quod ponitur in ludo. N. 26.5.

सन्न्यासिन् (a praec. s. इन्) abdicatione, renuntiatione praeditus. BH. 5.3.

सप् 1. P. sequi (?). RIGV. 67.4.: ऋता सपन्तः «sacra obeuntes»; 68.2.: सपन्तो अमृतम् एवैः «adeuntes *te* immortalem procedentibus *hymnis*». (Vid. Westerg. et cf. सच् e सक्, gr. ἕπομαι, goth. *sipôneis* discipulus.)

सपत्न *m.* hostis. N. 12.82.

सपदि *Adv.* (fortasse e स cum et पदि loc. vocis पद् pes) subito. RAGH. 5.75.

सप्तति *f.* (a सप्तन् s. ति pro दशति, v. gr. 227. gr. comp. 320. annot.) septuaginta.

सप्तन् septem (gr. 256.; lat. *septem* a सप्तम septimus, unde etiam slav. *sedmj*, Them. *sedmi* (v. gr. comp. 315.); goth. *sibun*; lith. *septyni*, n. pl. m.; fem. *septynios*; hib. *seacht*, mutatâ lab. in gutt. sicut in lith. *sekmas* septimus; cambro-brit. *saith*, armor. *seiz*, zend. *hapta*, gr. ἑπτά.)

सप्तपर्ण *m.* (BAH. e सप्तन् et पर्ण folium) nomen arboris. Wils. «Echites scholaris». AM.

सप्तम (*f.* ई, a सप्तन् s. म) septimus. (Lat. *septimus*, lith. *sekma-s* pro *sepma-s*, slav. *sedmyĭ*, germ. vet. *sibunto(n)*, hib. *seachtmad*, zend. 𐬵𐬀𐬞𐬙𐬀𐬚𐬀 *haptatha*, gr. ἕβδομος.)

सभा *f.* (ut videtur, BAH. e स cum et भा lumen) 1) domus. 2) conventus, coetus. HIT. 7.7.10.

सभार्य *Adj.* (BAH. e स cum et भार्या uxor) cum uxore (v. gr. 668. not.). BR. 1.11.2.36. N. 1.8.

1. सम् 1. et 10. P. समामि, सामयामि (वैक्लव्ये) agitari, conturbari, vexari. *Cf.* स्तम्.

2. सम् *Praep. insep.* (ut videtur, acc. stirpis pronom. स q. v.) cum. (Gr. σύν, ξύν, boruss. vet. *sen* cum, slav. *sŭ*, *s'*, vid. स; fortasse lat. *cum*, goth. *ga*, nostrum *ge* in comp. cum verbis, vid. स; de germ. vet. *samant* v. समन्त.)

सम *Adj.* (ut mihi videtur, e स cum et म *in fine comp.* me-

tiens, a r. मा s. अ, *cf.* उपमा, समान) 1) similis, aequalis. H. 1.50. Br. 1.25.; *c. Instr.* Su. 1.22. 2) aequus, planus (v. विषम). Su. 4.6. 3) omnis, totus, integer. Am. (Gr. ὁμός, goth. *sama* idem, Them. *saman*, angl. *same*, goth. *sums* quidam, Them. *suma*, slav. *sam* ipse; hib. *samhuil* «like», *samhladh* «resemblance, type», *samhlaim* «I liken, compare, resemble»; lat. *similis*.)

समक्षम् *Adv.* (*Avy.* e सम् et अक्ष oculus, v. gr. 675.) in conspectu, coram. N. 12.15.16.

समग्र (ut videtur, e सम् et अग्र cuspis, quasi duas cuspides conjunctas habens) 1) plenus, *de lunâ*. H. 3.13. 2) totus, integer. Bh. 4.23.11.30. Dr. 6.16.

समग्रेन्दुनिभानन *Adj.* (*Bah.* e समग्रेन्दुनिभ - समग्र + इन्दु + निभ - plenae lunae similis et आनन vultus) plenae lunae similem vultum habens. H. 3.13.

समता *f.* (a सम s. ता) aequalitas. Hit. 7.19.

समत्व *n.* (a सम s. त्व) *id.* Bh. 2.48.

समधिक (e सम् et अधिक) excedens. Hit. 5.8.

समनन्तरम् *Adv.* (अनन्तरम् praef. सम्) i. q. अनन्तरम् Up. 22.

समनुव्रत (e सम् et अनुव्रत) devotus, deditus, addictus. N. 13.55. *c. accus.* (*Vid.* अनुव्रत.)

समन्त (e सम् et अन्त finis). *Abl.* समन्तात् undique. Su. 3.3. N. 12.39. Bh. 11.30. (Vid. sq. et cf. germ. vet. *samant* simul; v. gr. comp. 294. fin.)

समन्ततस् (a समन्त s. तस्) undique. In. 2.12.

समन्वित v. इ c. अनु praef. सम्.

समम् 1) *Praep.* cum, *c. instr.* Hit. 22.19.66.6. 2) *Adv.* unâ, simul. Up. 94.3. (Cf. gr. ἅμα.)

समय *m.* (r. इ ire praef. सम् s. अ) 1) conventum, conditio, lex. N. 7.1.13.67. Sa. 4.17. 2) tempus. N. 13.6. A. 9.8.

समर *m. n.* (r. ऋ ire praef. सम् s. अ) pugna, bellum (*cf.* समिति). Dr. 8.9.

समर्थ (*Bah.* e सम् et अर्थ q.v.) capax, aptus, potens. N. 19.12.24.30.

समलङ्कृत v. कृ c. अलम् praef. सम्.

समवाय *m.* (r. इ cum अव praef. सम् s. अ) conventus, congressio, congregatio. Hit. 57.8.

समस्त *Adj.* (*Part. pass.* a r. अस् deponere praef. सम्) totus, integer.

समा *f.* (*Fem.* vocis सम similis, aequalis) annus. H. 2.21. Su. 1.34. (Lat. *bimus* e *bi-smus* mutilatum esse videtur, sicut e. c. gr. εἰμί et goth. *im* ex ἐσμί, *ismi*, v. Pott II. 279.)

समाकुल (r. कुल् colligere, conjungere, cum आ praef. सम्) conjunctus, praeditus. A. 7.4. N. 12.4.5.

समागत v. गम् c. आ praef. सम्.

समागम *m.* (r. गम् ire c. आ praef. सम् s. अ) congressus, conventus. N. 16.22.21.25. Sa. 6.23. In. 5.24.

समाचार *m.* (r. चर् ire c. आ praef. सम्) vitae ratio, mores. Dr. 9.7. Su. 1.6.

समाधि *m.* (r. धा ponere c. आ praef. सम् s. इ) contemplatio, meditatio. A. 1.12. Bh. 2.44.53.

समाधिन् (a praec. s. इन्) contemplans, meditans. Bh. 4.24.

समान (ut mihi videtur, *Bah.* e स cum e मान mensura, *cf.* सम) aequalis, similis. Dr. 7.16. *Cum instr.* Hit. 5.20. *Vid.* सामान्य.

समारम्भ *m.* (r. रभ् c. आ praef. सम् incipere, inserto म्, s. अ) inceptio. Sa. 1.11.

समारोढुम् v. रुह् c. आ praef. सम्.

समाविष्ट v. विश् c. आ praef. सम्.

समास *m.* (r. अस् deponere c. आ praef. सम् s. अ) 1) i. q. सङ्क्षेप. Bh. 18.50. 2) compositio vocabulorum.

समासतस् (a praec. s. तस्) breviter. Bh. 13.18.

समाहित v. धा c. आ praef. सम्.

समाह्वान *n.* (r. ह्वे vocare c. आ praef. सम् s. अन) provocatio *in certamen vel ludum*. N. 7.8.

समिति *f.* (r. इ ire praef. सम् s. ति) 1) congressus, conventus. N. 5.5. 2) bellum, pugna.

समिध् *f.* (r. इन्ध् ejectâ nasali, praef. सम्) lignum. Am.

समीक्ष *m.* (r. ईक्ष् praef. सम् s. अ) circumspectio, circumspicientia, prudentia, cautio. Hit. 43.22.

समीप (ut videtur, e समि pro सम्- v. सम्यञ्च् - producto इ, suff. प; ita प्रतीप nunc explicaverim e प्रति producto इ, suff. प) propinquitas. N. 1. 16. 13. 48. H. 1. 12.

समीपतस् *Adv.* (a praec. s. तस्) in propinquitate, coram. N. 6. 4. A. 2. 9.

समीर *m.* (r. ईर् praef. सम् s. अ) ventus. GITA-GOV. 5. 2.; *vid. sq.*

समीरण *m.* (r. ईर् praef. सम् s. अन) *id.* A. 4. 7.

समीरित v. ईर् praef. सम्.

समुत्थ (r. स्था stare c. उत् praef. सम् s. अ, v. gr. 614.) oriens, *in fine comp.* BH. 7. 27.

समुत्थित v. स्था c. उत् praef. सम्.

समुत्सुक v. उत्सुक.

समुत्सेध *m.* (r. सिध् c. उत् praef. सम्) altitudo. Wils. ed. 2. «*height, elevation*». *Fortasse etiam Adj.* altus, longus. DR. 8. 4. (ed. Calc. हैमचित्रसमुत्सेधाम् ... गदाम्).

समुन्नति *f.* (r. नम् c. उत् praef. सम् s. ति, *v.* euphon. r. 58.) actio surgendi, se erigendi. *TROP.* dignitas, amplitudo. HIT. 84. 18.

समुदय *m.* (r. इ c. उत् praef. सम् s. अ) turba, caterva, multituda. AM. II. 5. 40. HIT. 36. 15.

समुदीरण *n.* (r. ईर् c. उत् praef. सम्, s. अन) pronuntiatio. DEV. 4. 7.

समुद्भव *m.* (r. भू c. उत् praef. सम् s. अ) origo. BH. 3. 14. *in fine comp. BAH.*; ita उद्भव q. v. in comp. कर्मोद्भव. BH. 3. 15.

समुद्यम *m.* (r. यम् coërcere cum उत् praef. सम् s. अ) nisus. BH. 1. 22.

समुद्र *m.* (e सम् et उद्र q. v.) mare. SU. 2. 8.

समुद्वाह *m.* (r. वह् c. उत् praef. सम् s. अ) matrimonium, nuptiae. SA. 3. 15.

समूह *m.* (r. ऊह् q. v. praef. सम् s. अ, cf. gr. 455.) multitudo, turba.

समृद्ध v. ऋध् c. सम्.

सम्पत्ति *f.* (r. पद् praef. सम् s. ति) 1) conventus, congressus, multitudo. HIT. 4. 10. 2) fortuna, felicitas. AM.

सम्पद् *f.* (r. पद् ire praef. सम्) 1) perfectio, felicitas. H. 1. 38. 4. 26. SU. 3. 16. *in compos.* c. रूप (रूपसम्पद्). 2) sors. BH. 16. 3. 4.

सम्पन्न v. पद् c. सम्.

सम्पर्क *m.* (r. पृच् praef. सम् s. अ) conjunctio. UR. 9. 9.

सम्पात *m.* (r. पत् cadere praef. सम् s. अ) actio cadendi, descendendi *ex aëre,* volandi; e. c. शस्त्रसम्पात sagittarum volatus. BH. 1. 20.

सम्पाद *m.* (r. पद् praef. सम् s. अ) adeptio, impetratio, consecutio. UR. 18. 2. *infr.*

सम्प्रक्षालन *n.* (r. क्षल् lavare c. प्र praef. सम् s. अन) ablutio, lavatio. M. 28.

सम्प्रति (e सम् et प्रति, v. स) nunc. DR. 3. 3.

सम्प्रदान *n.* (r. दा c. प्र praef. सम् s. अन) donatio, donum. HIT. 130. 22.

सम्प्रश्न *m.* (r. प्रछ् praef. प्र s. न) interrogatio. HIT. 53. 22.

सम्प्रहार *m.* (r. हृ capere c. प्र praef. सम् s. अ) pugna. A. 6. 22.

सम्प्रेक्षमाण v. ईक्ष् c. प्र praef. सम्.

सम्प्रेषित v. इष् c. प्र praef. सम्.

सम्प्लव *m.* (r. प्लु praef. सम् s. अ) abundantia, affluentia, copia. HIT. 21. 18.

1. सम्ब् 1. *P.* (सर्पे) ire. *Cf.* सर्ब्, सृप्, शम्ब्, शर्ब्.

2. सम्ब् 10. *P.* (सम्बन्धे) colligare. *Cf.* शम्ब् cl. 10.

सम्बन्ध *m.* (r. बन्ध् ligare praef. सम् s. अ) conjunctio, cognatio, affinitas. SA. 3. 13.

सम्बन्धिन् (a praec. s. इन्) propinquus, affinis. N. 25. 14. BH. 1. 34.

सम्भव *m.* (r. भू praef. सम् s. अ) origo. BH. 3. 14. *In fine compos. BAH.* BH. 10. 41. 13. 19.

सम्भार *m.* (r. भृ praef. सम् s. अ) 1) compositio. UR. 16. 2. *infr.* 2) apparatus. R. Schl. I. 11. 13. 3) facultates, opes. N. 26. 24.

सम्भोग *m.* (r. भुज् praef. सम् s. अ) fructus libidinum. P. 24.

सम्भ्रम *m.* (r. भ्रम् vagari praef. सम् s. अ) 1) festinatio. HIT. 14.21. 2) timor, terror, conturbatio. H. 4. 44. DR. 5.22.

सम्मत v. मन् c. सम्.

सम्मत्त v. मद् c. सम्.

सम्मर्द *m.* (r. मृद् praef. सम् s. अ) pugna. P. 21.

सम्मान *m.* (r. मान् honorare, nisi fortasse a मन् cogitare, praef. सम् s. अ) honor. IN. 4.15.

सम्मुख *n.* (e सम् et मुख vultus) conspectus. सम्मुखे in conspectu. UR. 33. 5. *infr.*

सम्मोह *m.* (r. मुह् praef. सम् s. अ) conturbatio animi, mentis error. BH. 2. 63. 7. 27.

सम्यक् *Adv.* (acc. n. τοῦ सम्यच् - v. gr. 59. - e समि pro सम्, et अञ्च् ire, v. gr. 199.) 1) unâ, simul. N. 9. 8. BH. 5. 4. 2) omnino. N. 8. 13. 11. 6. 24. 29. 3) recte. UR. 38. 12. 64. 7. MAN. 2. 53.

सरस् *n.* (r. सृ ire s. अस्) lacus. N. 12. 6. 85. BH. 10. 24. (Gr. ἕλος.)

सरस्वती *f.* (a praec. s. वत् in *fem.*) 1) dei Brahmae uxor, dea eloquentiae. 2) loquela, sermo. RAGH. 15. 46.

सरित् *f.* (r. सृ ire s. *unâd.* इत्) flumen. N. 12. 85.

सरुज् (*BAH.* e स et रुज् morbus) aegrotus. SA. 5. 79. acc. सरुजम् quod etiam ad सरुजा e स et रुजा referri potest. (Vid. सरोग. Fortasse goth. *saurga* cura, sollicitudo e *saruga*, ejecto *u*, debilitato *a* syllabae स in *u*, anteposito *u*, propter seq. *r*, v. gr. comp. 82.)

सरोग (*BAH.* e स et रोग morbus) *id.* Wils. ed. 2.

सरोगिता *f.* (fortasse pro सरोगता a praec. s. ता) morbus, aegritudo. HIT. 45. 13.

सर्ग *m.* (r. सृज् dimittere, creare s. अ) 1) creatio. M. 53. BH. 14. 2. 2) natura. BH. 5. 19.

सर्ज् 1. *P.* (सर्जने) acquirere. *Cf.* अर्ज्.

सर्प *m.* (r. सृप् s. अ) serpens. (Cf. lat. *serpens*, gr. ἑρπετόν.)

सर्ब् 1. *P.* (सर्पणे) ire. *Cf.* सृप् i. e. सर्प्, 1. सम्ब्, शर्ब्, शम्ब्.

सर्व (v. gr. 275.) quivis, omnis. BR. 2. 27. N. 17. 50. (Osc. *sollus* totus, per assim. e *solvus*, lat. *soll-ennis* quotannis, debilitato *a* in *e* sicut in *perennis, biennis* cet., v. gr. comp. 6.; *soll-ers, salvus* e *sarvus*; gr. ὅλος, nisi pertinet ad सकल ejectâ syllabâ mediâ; osset. *ali* quivis, omnis, abjecto स. Huc etiam retulerim goth. *alls*, Them. *alla* omnis, totus, per assim. ex *alva*, et hib. *uile* «all, every, whole». Cf. Pott I. 130. Ag. Benary 265. 281.)

सर्वकामिन् (e सर्वकाम quodvis optatum, s. इन्) omnibus optatis praeditus. SU. 1. 31.

